PARTITIO III.

qua

AGITVR DE EXERCITIIS corporis, & quidem utriuſq; temporis, pacis & belli.

SECTIO I.

de

Exercitijs pacis & belli in genere.

Numer. I.

ABſolutis Exercitiis animi ſequuntur exercitia coporis, quæ numero plurima & genere varia, ita ut diverſis quoque competant naturis & qualitatibus, juxta illud *Thom. Mori.lib.2.de opt.Reip.ſtatu p.*142. ad quā quiſque à natura diſpoſitus eſt eam diſcat artem, exemplo Apollonij Alabandenſis, magni illius Doctoris, quem tantoperè Græci laudarunt, qui diſcipulos ad eas artes dimittebat, ad quas magis à natura deditos eſſe cernebat: ita quod dignum judicabit exercitiū, in eo ſe exerceat, *v. Schönb. lib.2.pol.c.28.p.166.*

2. Hoc numero peccare multos videmus: ut primò Theologiæ ſtudioſi qui pro gladio ſpiri-